

TIT. XVI.

DE RECEPTATORIBUS¹.

1. MARCIANUS, lib. 2 publicorum Judiciorum.

Pessimum genus est receptatorum, sine quibus nemo latere diu potest². Et precipit ut perinde puniantur, atque latrones. In pari³ causa habendi sunt, quia cum apprehendere latrones possent, pecunia accepta, et subreptorum parte, demiserunt.

2. PAULUS, lib. sing. de peccatis Paganorum.

Eos, apud quos adfinis, vel cognatus latro conservatus est: neque absolvendos, neque severe admundum puniendo: non enim par est eorum effectum, et eorum qui nihil ad se pertinentes latrones recipiunt.

TIT. XVII.

DE FURIBUS BALNEARIIS.

1. ULPIANUS, lib. 8, de Officio proconsulis.

Fures nocturni extra ordinem audiendi sunt, et causa cognita puniendi: dummodo sciamus, in pena eorum operis publici temporarii modum non egrediendum. Idem et in balneariis furibus. Sed si tenebantur, vel effractores, vel ceteri his similes, nec cuiquam percusserunt, metalli pena, vel honestiores relegationis adscendi erunt.

2. MARCIANUS, lib. 2 Judiciorum publicorum.

Sed si interdiu furtum fecerunt, ad ius ordinarium remittendi sunt.

3. PAULUS, lib. sing. de peccatis Militum.

Miles, qui in furto balneario adprehensus est, ignominia mitti debet.

TIT. XVIII.

DE EFFRACTORIBUS ET EXPLATORIBUS.

1. ULPIANUS, lib. 8, de Officio proconsulis.

De his⁴, qui carcere effracto evaserunt, sumendum supplicium divi fratres Amilio Tironi rescriperunt. Saturninus etiam probat [in] eos, qui de carcere eruperunt, sive effractis foribus, sive conspiratione cum ceteris qui in eadem custodia erant, capite puniendis: quod si per negligientiam custodum evaserunt, levius puniendo. — § 1. *Explatores*, qui sunt atrociores⁵ fures (hoc enim est explatores), in opus publicum vel perpetuum vel temporarium dari solent: honestiores autem ordine ad tempus moveri, vel fines patrie juber excedere; quibus nulla specialis pena scriptis principalibus imposta est, idcirco causa cognita liberum erit arbitrium statuendi ei, qui cognoscit. — § 2. Simili modo et *saccularii*⁶ et *derectarii*⁷ erunt puniendi, item effractores. Sed enim D. Marcus effractorum equitem romanum, qui effracto perforatoque pariete pecuniam abstulerat, quinquennio abstinerem jussit provincia Africa (unde erat), et urbe, et Italia. Oportebit autem aequum, et in effractores, et in ceteros suprascriptos causa cognita statui, prout amissum suggestit: dummodo ne quis in plebeio operis publici penam, vel in honestiore relegatione excedat.

2. PAULUS, lib. sing. de Officio Praefecti vigilum.

Inter effractores varie animadvertisit; atrociores enim sunt nocturni effractores: et ideo hi fustibus casi in metallum dari solent: diurni vero effractores post fustum castigationem in opus perpetuum vel temporarium dandi sunt.

TIT. XIX.

EXPLATÆ⁸ HEREDITATIS.

1. MARCIANUS, lib. 3 Institutionum.

Si quis alienam hereditatem expilaverit, extra ordinem solet coerceri

Tir. XVI. — 1. Lib. 9, C. 39. — 2. L. 13, in fin. pr. supr. de off. presid. — 3. L. 1, C. ad leg. Jul. de vi publica; L. 3, § 5, supr. de incend. ; L. 5, § 12, supr. de SC. Silan. ; L. 9, C. ad leg. Jul. de vi publica.

Tir. XVII. — 1. L. 15, infr. de custod. ; L. 38, § 2 pen. infr. de pen. ; L. 15, § 2 pen. infr. de re milit. — 2. L. 16, § 6, infr. de pen. ; L. 12, C. ex quib. caus. infam. — 3. L. 7, supr. de extraord. crimin. — 4. L. 7.

Tir. XIX. — 1. Lib. 9, C. 32. — 2. L. ult. C. h. t. — 3. L. 3, infr. eod. — 4. L. 65, supr. de furt. — 5. L. 4, circa fin. C. h. t. — 6. L. 17, in fin. C. de furt. — 7. L. 2, in pr. supr. h.

t. — 8. L. 4, C. eod. ; L. 35, supr. de negot. ; L. 17, C. de furt. — 9. L. 1, L. 2, supr. rer. amotar. — 10. L. 68, supr. de furt. — 11. L. 1, 2, 15, supr. si is, qui testim. liber.

Tir. XX. — 1. Lib. 9, C. 34; add. L. 29, § 5, supr. mandati. L. 1, in fin. supr. de pignor. rat. ; L. 7, § 1, infr. ad SC. Turpil. — 2. L. 3, C. h. t. ; L. 15, in fin. supr. de his, qui notantur.

L. 5, supr. de extraord. crimin. — 3. Objet. d. L. 13, in fin. — 4. L. ult. C. h. t. L. 16, § 1; L. 36, § 1, supr. de pignorat. ; L. 15, § 2 ult. supr. de pignorib. ; L. 9, § 1, supr. de statutib. add. L. 2, C. h. t. — 5. L. 6, in pr. supr. de extraord. crimin.

Tir. XXI. — 1. Immo rida L. ult. in pr. infr. h. t. — 2. L. 2, L. ult. in fin. infr. eod. — 3. L. 1, supr. eod. — 4. Immo rida L. 1, supr. eod.

Tir. XXII. — 1. L. 5, infr. h. t. ; L. 1, supr. quod ejusdemque univers. — 2. d. L. 3, 2 ult. — 3. d. L. 3, in pr. — 4. L. 1, § 1, infr. ad leg. Jul. majest. — 5. L. 1, in pr. supr. h. t. — 6. L. 1, in pr. supr. quod ejusdemque univers. — 7. L. 1, § 1, supr. h. t. ; L. 1, in pr. supr. quod ejusdemque univers. — 8. L. 1, in pr. supr. h. t.

Tir. XXIII. — 1. L. 5, § 1, infr. h. t. ; L. 5, § 5, supr. de his, qui effud. ; L. ult. in fin. supr.

de collis. deteg. ; L. 3, § 12, supr. de homine libero exhib. — 2. Supr. de except. rei judic. — 3. L. 2, supr. h. t. — 4. L. 4, L. 47, in pr. supr. de procurat. — 5. L. 2, in pr. supr. de oper. novi numerat. — 6. L. 4, L. 5, in pr. — 7. L. 11, in pr. inf. de accusat. ; L. 12, C. qui accusare. — 7. L. 12, in pr. inf. de verb. sign.

Tir. I. — 1. Lib. 4, Inst. ult. 2, 3 et seqq. Inst. h. t. — 3. § 2, Inst. eod. ; L. 15, supr. de honor. possess. ; L. 28, in pr. inf. de pen. ; L. 103, supr. de verb. sign.

per accusationem expilate hereditatis, sicut [et] oratione divi Marci catur.

2. ULPIANUS, lib. 9, de Officio proconsulis.

Si expilate hereditatis crimen² intendatur, praes³ provinciae cognitionem suam accommodate debet: cum⁴ enim furti agi non potest, solum superest auxilium prasidis. — § 1. Apparet autem expilate hereditatis crimen eo casu intendi posse, quo casu furti agi non potest: scilicet ante aditam hereditatem; vel post aditam, antequam res ab herede possessa sunt; nam in hunc casum furti actionem non competere palam est: quamvis ad exhibendum⁵ agi posse, si qui vindicatur⁶ exhiberi desideret, palam sit.

3. MARCIANUS, lib. 2 publicorum Judiciorum.

Divis Severus et Antoninus rescriperunt, electionem esse, utrum quis velit crimen expilate hereditatis extra ordinem apud prefectum urb. vel apud prasides⁷ agere: an hereditatem a possessoribus jure ordinario vindicare.

4. PAULUS, lib. 5 Responsorum.

Res hereditatis omnium heredum fuisse communes: et ideo eum, qui expilate hereditatis crimen objicit, et obtinuit, etiam coheredi profuisse videri.

5. HERMOCENIANUS, lib. 2 juris Epitomarum.

*Uxor*⁸ expilate hereditatis crimine idcirco non accusatur, quia⁹ ne furti cum ea agitur.

6. PAULUS, lib. 4, ad Neratium.

Si rem hereditariam, ignorans in ea causa esse, subripuisti, furtum facere respondit. Paulus: Rei¹⁰ hereditaria furtum [non] sit, sicut¹¹ nec ejus, quae sine domina est: et nihil mutat existimatio subripientis.

TIT. XX.

STELLIONATUS¹.

1. PAPINIANUS, lib. 1 Responsorum.

Actio stellionatus neque publicis² judiciis, neque privatis actionibus continetur.

2. ULPIANUS, lib. 8, ad Sabinum.

Stellionatus judicium famosum quidem non³ est, sed coercionem extraordinariam habet.

3. *Idem*, lib. 8, de Officio proconsulis.

Stellionatus accusatio ad praesidis cognitionem spectat. — § 1. Stellionatum autem offici possit his qui dolo quid fecerunt, sciendum est: scilicet si aliud crimen non sit, quod objiciatur; quod enim in privatis judicis est de dolo actio, hoc in criminibus stellionatus persecutio. Ubique igit titulus criminis deficit, illuc stellionatus objiciens. Maxime autem in his locum habet, si quis forte rem alii obligata, dissimilata⁴ obligatione, per calliditatem alli distracterit vel permutterat, vel in solutum dederit: nam haec omnes species stellionatum continent. Sed et si quis merces supposuerit, vel obligatas avtererit, vel [si] corrupserit, aequo stellionatus reus erit. Item si quis imposturam fecerit, vel collusione in necem alterius, stellionatus poterit postulari. Et (ut generaliter dixerim) deficiente titulo criminis hoc crimen locum habet: nec est opus species enumerare. — § 2. Pena autem stellionatus nulla legitima est, cum nec legitimum crimen sit; solent autem ex hoc extra ordinem plecti, dummodo non debeat opus metalli haec pena in plebeis egredi: in his autem qui sunt in aliquo honore positi, ad tempus relegatio vel ab ordine motio remittenda est. — § 3. Qui merces suppressit⁵, specialiter hoc crimen postulari potest.

4. MODESTINUS, lib. 5, de Poenis.

De perjurio, si sua pignora esse quis in instrumento juravit, crimen stellionatus fit: et ideo ad tempus exultat.

TIT. XXI.

DE TERMINO MOTO.

1. MODESTINUS, lib. 8 Regularum.

Terminorum avulsorum non multa pecunaria est¹, sed pro² condizione admittentium coercione transigendum.

2. CALLISTRATUS, lib. 5, de Cognitionibus.

Divis Hadrianus in hac verba rescripsit: *Quin pessimum factum sit eorum qui terminos finium causa positos propulerunt, dubitari non potest; de pena tamen modus ex³ conditione personae, et mente facientis magis statui potest: nam si splendioris personae sunt, que convincuntur, non dubie occupandorum alienorum finium causa [id] admiserunt: et possunt in tempus, ut cuiusque patiatur aetas, relegari: id est, si juvenor, in longius; si senior, recisius; si vero alii negotium gesserunt, et ministerio sancti sunt, castigari, et ad opus biennio dari; quod si per ignorantiam aut fortuito lapides surati sunt, sufficiet eos verberibus decidere.*

3. *Idem*, lib. 8, de Cognitionibus.

Lege Agraria, quam Gaius Caesar tulit adversus eos, qui terminos statutos extra suum gradum finesve moverint dolo malo, pecunaria pena constituta est⁴: nam in terminos singulos, quos ejercent, loco moverint, quinquaginta aureos in publico dari jubet: et ejus actionem, petitionem, ei qui volet, esse jubet. — § 4. Alia quoque lege Agraria, quam divis Nerva tulit, caverit, ut si servis servave, inscrite domino, dolo malo fecerit, ei capital est: nisi dominus dominare multam sufferre maluerit. — § 2. Hi quoque qui finalium questionum obscurandarum causa faciem locorum convertunt, ut ex arbore arbustum, aut ex sylva novale, aut aliquid ejusmodi faciunt: pena plectendi sunt [pro] persona, et conditio, et factorum violentia.

TIT. XXII.

DE COLLEGIIS ET CORPORIBUS.

1. MARCIANUS, lib. 3 Institutionum.

Mandatis⁵ principibus praesidis provinciarum, ne patiantur esse [collegia] sodalitia, neve milites collegia in castris habeant; sed permittitur tenuioribus⁶ stipem menstruum conferre: dum tamen semel in mense coeat, ne sub praetextu hujusmodi illicitum collegium coeat; quod non tantum in urbe, sed et in Italia, et in provinciis, locum habere, divis quoque Severus rescripsit. — § 4. Sed religionis causa coire non prohibentur: dum tamen per hos non fiat contra senatusconsultum, quo illicita collegia arcentur. — § 2. Non licet autem amplius quam unum collegium licitum habere, ut est constitutum et a divis fratribus; et si quis in duobus fuerit, rescriptum est, eligere eum oportere, in quo magis esse velit: accepturum⁷ ex eo collegio, a quo recedit, id quod ei competit ex ratione qua communis fuit.

2. ULPIANUS, lib. 6, de Officio proconsulis.

Quisquis illicitum collegium usurpaverit, ea pena tenetur, qua tenetur qui hominibus armatis loca publica⁸ vel templo occupasse judicati sunt.

3. MARCIANUS, lib. 2 Judiciorum publicorum.

Collegia si qua fuerint illicita, mandatis⁹, et constitutionibus¹⁰, et senatusconsultis¹¹, dissolvuntur. Sed permittitur eis, cum dissolvuntur, pecunias communes, si quas habent, dividere, pecuniamque inter se partiri. — § 1. In summa autem, nisi ex senatusconsulti auctoritate, vel Cæsaris, collegium, vel quocunque tale corpus coierit, contra senatusconsultum, et mandata, et constitutionis collegium celebrat. — § 2. Servos quoque licet in collegio tenuiorum¹² recipi volentibus dominis: ut curatores horum corporum sciant, ne invito aut ignorantie domino in collegium tenuiorum recipieren: et in futurum pena teneantur, in singulos homines aureorum centum.

4. GAUDIUS, lib. 4, ad legem 12 Tabularum.

Publicorum judiciorum quedam capitula sunt, quædam non capitalia. *Capitula*¹³ sunt, ex quibus pena mors, aut exilium est, hoc est aquæ mortis.

Tir. XXI. — 1. *Immo rida* L. ult. in pr. infr. h. t. — 2. L. 2, L. ult. in fin. infr. eod. — 3. L. 1, supr. eod. — 4. *Immo ride* L. 1, supr. eod.

Tir. XXII. — 1. L. 5, infr. h. t.; L. 1, supr. quod ejusdemque univers. — 2. d. L. 3, 2 ult. — 3. d. L. 3, in pr. — 4. L. 1, § 1, infr. ad leg. Jul. majest. — 5. L. 1, in pr. supr. h. t. — 6. L. 1, in pr. supr. quod ejusdemque univers. — 7. L. 1, in pr. supr. h. t.

Tir. I. — 1. Lib. 4, Inst. ult. 2, 3 et seqq. Inst. h. t. — 3. § 2, Inst. eod. ; L. 15, supr. de honor. possess. ; L. 28, in pr. inf. de pen. ; L. 103, supr. de verb. sign.

Tir. XXXIII. — 1. L. 5, § 1, infr. h. t.; L. 5, § 5, supr. de his, qui effud. ; L. ult. in fin. supr.

His autem potestatem facit lex, pactionem, quam velint, sibi ferre: dum ne quid ex publica lege corrumpant. Sed hæc lex videtur ex lege Solonis translata esse: nam illuc ita est: *Èn dè ðñncs, ñ gráttæs,*

et ignis interdictio; per has enim poenas eximitur caput de civitate: nam cetera, non exilia, sed relegationes proprie dicuntur; tunc enim civitas retinetur. *Non capitalia sunt, ex quibus pecunaria, aut in corpus aliqua coercito, pena est.*

3. ULPIANUS, lib. 35, ad Sabinum.

Publica accusatio reo vel rea ante⁴ defunctus permittitur.

4. PAULUS, lib. 37, ad Edictum.

Interdum evenit, ut prejudicium judicio publico fiat: sicut in actione legis Aquilæ, et furti, et vi bonorum raptorum, et interdictio Unde vi, et de tabulis testamenti exhibendis: nam in his⁵ de re familiari agitur.

5. ULPIANUS, lib. 8 Disputationum.

Si qui reus factus est, purgare⁶ se debet: nec⁷ ante potest accusare, quam fuerit excusatus. Constitutionibus enim observatur. *Ut non relatione criminum, sed innocentia reus purgetur.* — § 1. Illud incertum est, utrum ita demum accusare potest, si fuerit liberatus, an et si penam subierit: est enim constitutum ab imperatore nostro, et divo patre eius, *Post damnationem accusationem quem inchoare non posse.* Sed hoc putato ad eos demum pertinere, qui vel civitatem vel libertatem amiserunt. — § 2. Inchoatas plane delationes ante damnationem imple⁸ eis, et post damnationem permisimus.

6. MARCIANUS, lib. 44 Institutio num.

Defuncto¹⁰ eo qui reus fuit criminis, et pena extincta, in quaunque causa criminis exticti debet is cognoscere, cuius de pecunaria re¹¹ cognitio est.

7. MACER, lib. 2 Judiciorum publicorum.

Infamem non ex omni crimen sententia facit, sed ex eo quod judicii publici causam habuit; itaque ex eo crimen, quod judicij publici non fuit, damnatum infamia non sequitur: nisi id crimen ex ea actione fuit, que etiam in privato judicio infamiam condemnato importat; veluti fuit¹², vi bonorum raptorum, injuriarum.

8. PAULUS, lib. sing. de Judiciis publicis.

Ordo exercendorum publicorum capitalium in usu esse desiit: durante tamen pena legum, cum extra ordinem crimina probantur.

9. MARCIANUS, lib. 4, de Judiciis publicis.

Sciendum est, si in capitali causa suum servum reum crimen factum quis non¹³ defendit, non eum pro derelicto haberi: et ideo, si absolu¹⁴ latus fuerit, non liberum fieri, sed manere domini.

10. PAPINIANUS, lib. 2 Definitionum.

Inter accusatorem et reum cognitione suscepta, excusatio¹⁴ pro absente justis¹⁵ rationibus admittitur: nec per triduum per singulos dies ter citatus reus damnetur: vel de accusatoris absentia, presente reo, calumnia pronuntietur.

11. MÆCIANUS, lib. 40, de Judiciis publicis.

Servus [etiam] per¹⁶ procuratorem dominii aequa, ac per¹⁷ dominum, defendi potest.

12. MODESTINUS, lib. 51, de Poenis.

Custodias auditurum tam clarissimos viros, quam patronos causarum, si omnes in civitate provincie, quam regit, agunt, adhiberi debere, et ferias¹⁸ diebus custodias audiri posse rescriptum est: ita ut innoxios dimittat, et nocentes, qui diurom animadversionem indigent, differat.

13. PAPINIANUS, lib. 18 Responsorum.

Accusator¹⁹ defuncto, res ab alio, judicante præside provincie, peragi potest. — § 1. Ad crimen judicij publici persequendum frustra procurator intervenit: multo magis ad defendantem²⁰; sed excusationes absentium ex SC. judicibus allegantur: et si justam rationem habeant, sententia differatur.

14. Idem, lib. 16 Responsorum.

Generi servis a socio *veneficii* accusatis, praeses provincie patrem calumniam intulisse pronunciaverat, inter infames²¹ patrem defunctae

4. L. 6, infra h. t. — 5. L. un. C. quando civilis actio criminali. — 6. L. 1, L. 19, C. qui accusa non possunt. — 7. d. L. 19. — 8. L. 4, infra h. t. — 9. L. 2, in pr. L. 11, in pr. infra eod.; L. 5, L. 12, C. qui accusare; add. L. 13, infra h. t.; L. 8, infra ad leg. Jul. majest. — 10. L. 18, 2 4, L. 5, supra de testib.; — 11. L. 2, L. 3, L. fin. C. si reus vel accusator; L. 20, infra de leg. Jul. majest.; L. 20, infra de pena. — 12. L. 5, in pr. supra de calumnia; L. 6, in fin. infra de falso; L. 4, C. si reus vel accusator. — 13. L. 4, in fin. supra de his, qui notantur. — 14. L. 8, supra de status homini; L. 9, 2 1, supra qui et a quibus manumisisti. — 15. L. 1, L. 5, in fin. L. 5, supra de his, qui notantur. — 16. Fec. L. 1, infra de rebus, vel absent, damnum. — 16. Add. L. 19, infra de poen. — 17. L. 2, C. de accusat. — 18. L. 9, in fin. supra de feris. — 19. L. 3, 2 ult. infra h. t.; L. 26, C. ad leg. Jul. de adulter. — 20. Immo vide L. 5, C. d. t. — 21. L. 1, 2 3, supra de offici. praesid. urb.

non habendum respondi: quoniam, etsi publicum judicium inter liberos de morte filii constitisset, circa periculum pater vindicaretur.

TIT. II.

DE ACCUSATIONIBUS¹ ET INSCRIPTIONIBUS.

1. POMPONIUS, lib. 1, ad Sabinum.

Non² est permisum mulieri publico judicio quemquam reum facere: nisi³ scilicet parentum liberorumque, et patroni, et patronæ, et eorum filii, filie, nepotis, nepitis mortem exequatur.

2. PAPINIANUS, lib. 1, de Adulteriis.

Certis⁴ ex causis concessa est mulieribus publica accusatio: veluti si mortem exequantur eorum, earumque, in quos ex legi⁵ testimonium publicorum invita non dicunt; idem et in lege Cornelia testamentaria senatus statuit. Sed et de testamento paterni liberti vel materni mulieribus publico judicio dicere permisum est. — § 1. Pupillis ex consilio⁶ tutorum patris mortem, item pupilla avi sui mortem exequi concessum est: lege [autem] testamentaria; nam de patris quidem testamento pupillis agere. D. Vespasianus permisit: sed quasi non exhibeantur tabulae, per interdictum possunt experiri.

3. PAULUS, lib. 5, de Adulteriis.

Libellorum inscriptionis conceptio talis est: *Consul et dies; apud illum praetorem, vel proconsule, Lucius Titius professus est se Mæviam lege Julia de adulteriis ream deferre; quod dicat eam cum Gaius Seio in civitate illa, domo illius, mense illo⁷, consulibus illis, adulterium commisisse.* Utique enim et locum designandus est, in quo adulterium commisum est: et persona: cum qua admissum dicitur: et mensis; hoc enim lege Julia publicorum cavit: et generaliter precipit omnibus, qui reum aliquem deserunt. Neque autem diem, neque horam invitum comprehendet. — § 1. Quod si libelli inscriptionem legitime ordinati non fuerint, rei nomen aboletur: et ex integro repetendis reum possitis fieri. — § 2. Item subscriptore⁸ debet is, qui dat libellos, se professum esse: vel alius pro⁹ eo, si literas nesciat. — § 3. Sed, et si aliud crimen objiciat: veluti, quod domum suam prebuit, ut stuprum materfamilias pateretur; quod alterum deprehensum dimisiter; quod pretium pro comperto stupro accepit, et si quid simile: id ipsum libellis comprehendendum erit. — § 4. Si accusator decesserit¹⁰, aliave que causa ei impedierit, quo minus accusare possit, et si quid simile: nomen rei aboleatur, postulante reo; idque et lege Julia de vi, et senatusconsulto cautum est, ita ut licet alii¹¹ ex integro repetere reum: sed intra quod tempus, videbimus; et utique triginta dies utiles observandi sunt.

4. ULPIANUS, lib. 2, de Adulteriis.

Is, qui judicio publico damnatus est¹², jus accusandi non habet, nisi liberum vel patronorum suorum mortem eo judicio, vel rem suam exequatur. Sed et calumnia¹³ notatis¹⁴ ius accusandi ademptum est. Item his, qui cum bestiis de pugnandi causa in arenam intromisi sunt: quive artem Iudicram¹⁵, vel lenocinium¹⁶ fecerint: quive pravaricationis¹⁷ calumniae¹⁸ causa quid fecisse judicio publico pronunciatus erit: quive ob accusandum, negotiavisse cui facessendum¹⁹, pecuniam accepisse judicatus erit.

5. Idem, lib. 5, de Adulteriis.

Servos²⁰ quoque adulterii possunt accusari, nulla dubitatio est. Sed qui prohibent adulterii liberos homines accusare, idem servos quoque prohibebuntur. Sed ex rescripto D. Marci etiam adversus proprium servum accusationem instituere dominus potest²¹: post hoc igitur rescriptum accusandi necessitas incumbet domino servum suum; ceterum juste mulier nupta prescritione utetur.

6. Idem, lib. 2, de Officio proconsulis.

Levia crimina audire et discutere de plano proconsulem oportet: et vel liberare eos quibus objiciuntur, vel fustibus castigare, vel flagellis servos verberare.

Tr. II. — 1. Lib. 9, C. 1 et 2. — 2. L. 8, infra h. t. — 3. L. 2, in pr. L. 11, in pr. infra eod.; L. 5, L. 12, C. qui accusare; add. L. 13, infra h. t.; L. 8, infra ad leg. Jul. majest. — 4. L. 1, supra h. t. — 5. L. 4, L. 5, supra de testib.; — 6. L. 5, in pr. supra de oper. — 7. L. 1, L. 2, L. 3, L. fin. C. si reus vel accusator; L. 20, infra de leg. Jul. majest.; L. 20, infra de pena. — 8. L. 7, in pr. supra de calumnia; L. 6, in fin. infra de falso; L. 4, C. si reus vel accusator. — 9. N. 75, c. 8. — 10. L. 18, 2 4, L. 5, supra de testib.; — 11. L. 11, in fin. infra h. t. — 12. L. 5, 2 1, supra de publicis. — 13. L. 4, in fin. supra de his, qui notantur. — 14. L. 8, supra de status homini; L. 9, 2 1, supra qui et a quibus manumisisti. — 15. L. 1, L. 5, in fin. L. 5, supra de his, qui notantur. — 16. Fec. L. 1, infra de rebus, vel absent, damnum. — 17. L. 2, C. de accusat. — 18. L. 9, in fin. supra de feris. — 19. L. 3, 2 ult. infra h. t.; L. 26, C. ad leg. Jul. de adulter. — 20. Immo vide L. 5, C. d. t. — 21. L. 1, 2 3, supra de offici. praesid. urb.

7. Idem, lib. 7, de Officio proconsulis.

Si cui crimen objiciatur, praecedere debet²² [in] crimen subscriptio; quæ res ad id inventa est, ne facile quis prosiliat ad accusationem, cum sciat inulant sibi accusationem non futuram. — § 1. Cavent itaque singulari, quod crimen objiciant, et præterea perseveratores se in criminis usque ad sententiam. — § 2. Hisdem criminibus, quibus quis Liberatus est, non debet praeses pati eudem accusari: et ita divus Pius Salvio Valentini rescriptis. Sed hoc utrum ab eodem, an nec ab alio accusari possit, videndum est? Et putem, quoniam res inter²³ alios judicatae alii non prejudicant, si is, qui nunc accusator existit, sum dolorem persecutus, doceatque ignorasse se accusationem ab alio institutam: magna ex causa admitti eum ad accusationem debere. — § 3. Si tamen ab alio crimen postuletur ab eodem, qui in alio crimen eum calumnias est: puto non facile admittendum eum, qui semel calumnias sit: quamvis filium accusatoris admitti oportere, aliam accusationem instituent adversus eum, quem pater accusaverat, D. Pius Julio Caudo rescriptis. — § 4. Idem imperator rescriptis, servos ibi puniendos, ubi²⁴ delinquisse arguantur: dominumque eorum, si vel eos defendere, non posse revocare in provinciam suam; sed ibi oportere defendere, ubi deliquerint. — § 5. Cum sacrilegium admissum esset in aliqua provincia, deinde in alia ministerio: divus Pius Pontio Proculo rescriptis, postquam cognoverit de crimen in sua provincia admissum, ut reum in eam provinciam remitteret ubi sacrificium admisit.

13. MARCIANUS, lib. 1, de publicis Judiciis.

Mulierem propter publicam utilitatem ad annona²⁵ pertinentem audiari a praefecto annonæ deferentem, D. Severus et Antoninus rescripsunt. Famosi quoque accusantes sine ulla dubitatione admittuntur. Miles²⁶ quoque qui causas alienas deferre non possunt, qui pro pace excubant, vel magis ad hanc accusationem admittendi sunt. Servi quoque deferentes audiuntur²⁷.

14. PAULUS, lib. 2, de Officio proconsulis.

Senatus censuit, ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret.

15. ULPIANUS, lib. 56, ad Edictum.

In eum, cujus dolo malo hominibus coactis danni quid datum esse datur, non debet cogi actor, omissa actione civili, crimen intendere.

16. Idem, lib. 2, de Officio consulis.

Si plures existant, qui cum in publicis judiciis accusare volunt: *judex eligere debet eum, qui accuset, caus scilicet cognita, estimatis accusatorum personis, vel de dignitate, vel ex eo quod interest, vel aetate, vel moribus, vel alia justa de causa.*

17. MODESTINUS, lib. 6 Differentiarum.

Si servum²⁸ dominus in crimen capituli defendat, sistendum satisfacit promittere jubar.

18. Idem, lib. 17 Responsorum.

Cum Titia testamentum Gaii fratris sui falsum arguere minaretur, et solemnia accusationis non implievit intra²⁹ tempus a præside præfinitione, præses [provincia] iterum pronunciat non posse illam amplius de falso testamento dicere: adversus quam sententias Titia non provocavit, sed dixit se post finitum tempus de irrito testamento dicere. Quero, an Titia, que non appellavit adversus sententias præsidis, possit ad falsi accusationem postica reverti? Respondit, nihil aperte proponi, propter quod adversus sententias auctoritatē de falso agens audienda sit.

19. CALLISTRATUS, lib. 5, de Cognitionibus.

Divi fratres rescriperunt non debere cogi heredes accusatorum ex quæ criminis. — § 1. Item non oportere compelli accusatorem plures res facere³⁰ D. Hadriani rescriptis.

20. MODESTINUS, lib. 2, de Penis.

Ex judiciorum publicorum admissis non³¹ alias transeunt adversus heredes poena honorum ademptionis, quam si lis contestata, et condemnatio fuerit secuta: excepto³² repetundarum, et majestatis judicio, quæ etiam mortuis reis, cum quibus nihil actum est, adhuc exerceri placuit, ut bona eorum fisco vindicentur: adeo ut D. Severus et Antoninus rescriperint, ex quo quis aliquod ex his causis crimen contraxit, nihil³³ ex bonis suis alienare, aut manutinere eum posse. Ex easteris vero delictis pena incipere ab herede ita demum potest, si vivo reo accusatio³⁴ mota est, licet non fuit condemnatio secuta.

21. PAPINIANUS, lib. 18 Responsorum.

Capitis reus, suspenso criminis, causam fisco deferre non prohibetur.

22. Idem, lib. 16 Responsorum.

Alterius provinciae reus apud eos accusatur et damnatur, apud quos³⁵ crimen contractum ostenditur: quod etiam in militibus³⁶ esse observandum optimi principes nostri generaliter rescriperunt.

accusare. — 39. L. 5, supr. h. t. — 40. L. 1, in pr. infra ad leg. Jul. de vi privata. — 41. Immo vide L. 2, supr. qui et a quibus manum; L. 2, C. de sepulchro viol. — 42. L. ult. in fin. infra ad leg. Jul. de vi. — 43. Tit. C. inter alios acta. — 24. L. ult. infra h. t.; L. 28, 2 15, infra de poen.; L. 1, et Auth. seq. C. ubi de criminis. — 25. L. 9, L. 10, infra h. t.; L. 1, in fin. infra ad leg. Jul. de amona. — 43. L. 2, supr. eod.; L. 12, C. qui accusare. — 27. L. 8, C. d. t. qui accusare. — 28. L. 4, supr. h. t. — 29. L. 1, supr. eod.; L. 12, 2 2, infra eod.; L. 16, C.